



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 41. Non omni tempore loquendum esse.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](#)

O&taud, Omnis terra, à facie
Domini. Hab. 2. 20. & super regē
Babylonis. Isa. 14. 7. Quæ & siluit
tempore Machabæorum. 1. Ma-
chabæor. 1. 3. † 7. 50. † 9. 57. † 11.
18. 52. 2. Machab. 14. 4. Nonò
vèntus siluit in sermone Domini.
Eccli. 43. 25. vt & patet ex Marci
4. 39. De quo numero quinto.

CAPVT XLI.

Non omni tempore loquendum esse.

HA&tenus docuimus quare ta-
cendum & silendum sit, &
cui silentium maximè conueniat,
nunc verò ostendendum non o-
mni tempore loquendum esse, &
quo tempore vnicuiq; silēdum sit.

Non omni verò tēpore loquen-
dum, docent sacræ literæ, & in pri-
mis Ecclesiastes cap. 3. v. 7. cùm in-
quit. *Tempus tacendi & tempus lo-*
quendi. A quo non discrepat Eccle-
siasticus c. 20. 5. *Est tacens qui inue-*
nitur sapiens; & est odibilis, qui pro-

cax est ad loquendum. Et vers. 6. Est tacens non habens sensum loquela: & est tacens sciens tempus aptum. Et v. 7. Homo sapiens tacebit usq; ad tempus: lascivus autem & imprudens non seruabunt tempus. Quam verò pulchrum sit, verba suo tempore promere, docet Salomon, cum verba bona malis aut pomis aureis comparat, & tempus lectis argenteis in quibus reponuntur, dicens. Prou. 25. II. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Ex his omnibus facile colligimus quam sit necessarium intelligere, quando nobis tacendum sit. Quod nunc examinabimus.

QVANDO TACENDVM

AVT SILENDVM.

CAPVT XLII.

Primò tacendum in rebus aduersis, quod probatur exemplo filiorum Israël, Davidis, & Abbatis Pambonis.

Primò, in rebus aduersis ta-

cendum esse, & cum patientia

silen-

In re-
bus ad
uersis.